

## Tractatus

Quis sit huius  
regule audi-  
tor.

Et para. d mi-  
lite terreno.

Triplex est ma-  
la volutas.

Figura

Virtutes qua-  
re dicant ar-  
ma fortissima  
Virtus unde

Quibus armis  
vicit ecclesia  
quibusq; sit ho-  
stis aggredi-  
dus.

## Primus xvij.

te ergo nunc) In hoc loco beatus pater benedictus declarat quod sit auditor et discipulus huius regie sive doctrine. Ille videlicet qui prius voluntatibus abrenuntians regularis obseruante armis obediens percutitus: non regi Christi suorum salvatorum nostro militare dispositus. Sic enim in basilius epistola ad filios spirituales: sicut et in quod militatus regi terreno oibus iussis obedire: sic et quod militatus regi celesti debet celestia custodire precepta: miles terrenus quo cumque mittit paratus et propterea non nec se uxoris vel liberos gratia excusare audebit: multo magis miles Christi sine aliquo impedimentoo regis sui deinde in ipso obedire. Tibi notandum quod triplex est volutas mala: cui renuntiandum est ab eo quod spirituali militia eterno regi Christo militari propinquit. videlicet volutas carnis quae a sequuntur luxuriosi: volutas percupiscetie quam sequuntur auaritiae: volutas sensus proprii quam sequuntur superbia de quod ait: Jo. 10. Deinde quod est in mundo aut est percupiscetia carnis aut percupiscetia oculorum: aut superbia vite. Quod autem istis tribus abrenuntiandum sit viris religiosis militibus Christi: figuratum legimus Genesim xiiij. ubi deus precepit abrahe dices: Egressere de terra tua per ab renuntiatione voluntatis terrene percupiscetie: et de cognatione tua per abrenuntiacionem voluntatis carnalis affectio- nis: et de domo patris tui per ab renuntiatione proprii sensus. Et Luke xiiij. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem uxorem et filios et fratres et sorores adhuc aut et aiam suam non potest esse discipulus. Secundum notandum quod virtutes rationabiliter arma dicuntur fortissima quod aiam fortiter munient se tuerent in bello et virtus. Unum quidam dicit virtutem dicere eo quod virtus possessorum suorum. Augustinus nullus virtuosus aius virtute armata aiam superat. Et boecius libro de consolatione: Talia tibi sunt per pharia contuleram: arma quod nisi prius abieceris in uitestate firmitate tuerentur: de quod armis ad Ephesos vij. Induite vos armaturam dei. Ambrosius libro de officiis: Ecclesia non armis secularibus vincit aduersarias protestates sed armis spiritualibus quod sunt sortia ad destruendas munitiones et altitudinem negotiorum spiritualium. Ide Aggrediamur aduersarii non sustine ferro: non saro: sed misericordia ac bonis operibus in castitate. Nec sunt arma fidei nostre. Basilius in epistola ad filios spirituales de differentia militie spiritualis et armis eius ad militiam terrenam ita logatur: Miles terrenus est hostis visibilis propter ad bellum: tecum vero hostis invisibilis quod id militare terre tibi non definetur. Illi contra carnem et sanguinem est dimicatio tibi vero aduersus spiritualia vita in celestibus est colluctatio. Ille est carnaliter hostem armis carnalibus visitatur: tu vero contra spiritualiter hostem armis spiritualibus indiges. Ille in plio galea ferre am gestat in capite: sed tua galea sit Christus qui est caput tuum. Ille lorica ne vulnerem induit: sed tu per lorica fideis Christi circumdatur. Ille est aduersarii suum mittit lanceam et sagittas: tu contra aduersarii tuum divina eloqua iaculare: et percutiens eum verbis prophetis dicens dico: Dominus mihi adiutor: et ego deridebo inimicos meos. Ille donec pugnatur arma a semetipso non proiecitur ne ab aduersario vulnerem: ita et tu nunquam debes esse securus quod tuus hostis hoste illius astutior est. Illius quidem hostis ad tempore dimicatur: tu vero hostis quod est in stadio vite humanae consistit tecum dimicando non definetur. Illius arma laboriosa et grauia sunt ad portandum: tua vero arma volentibus se portare suauia et levia sunt. Ille cum superauerit ad uersarium ad dominum coniugis ac liberorum revertitur: tu vero hoste prostrato in illud celeste regnum cum oibus sanctis intrabis. Letez arma hec spiritualia preclara dicuntur quod luminosa sunt et splendore suo homines animam illustrant in agendis suis: peccata vero tenebrosa sunt et oculos execant peccatorum: ad Romanos xiiij. Abiiciamus opera temeraria et induamur arma lucis. Sequitur (In primis quicquid agendum inchoas bonorum et ceterorum.) Declarato quis sit huius doctrinae auditor quod ut dicitur. iij. ad chorin. iij. Non sumus sufficietes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: sed sufficiencia nostra ex deo est: consequenter instruit sanctus pater benedictus discipulorum ut quicquid agendum proposuerit: a domino instantissima oratione perficiendus depositat. Ia. j. Omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum est: descendens a patre luminum. Quanta autem nobis immineat necessitas continuandi usque infinitum bona opera inchoata subiungit sanctus pater dicens: Ut quod nos iam in filiorum s. per adoptionis gratiam dignatus est numer.

Arma spiri-  
tualia lumine-  
sa: pecta vo-te-  
nebrosa.